



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum vita contemplatiua pertineat tantum ad intellectum, an consistat
etiam in affectu? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

presentia cuiusque, pertinent ad vitam voluptuosam, quae non continetur sub vita activa. Humana vero studia, quae ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplativam.

QUEST. CLXXX.

De vita contemplativa, in octo articulos divisa.

¶ Eiusdem considerandum est de vita contemplativa.

- ¶ Et circa hoc quaeruntur octo.
- ¶ Primo, utrum vita contemplativa pertineat tantum ad intellectum, an consistat etiam in affectu?
- ¶ Secundo, utrum ad vitam contemplativam pertineant virtutes morales?
- ¶ Tertio, utrum vita contemplativa consistat solum in uno actu, aut in pluribus?
- ¶ Quarto, utrum ad vitam contemplativam pertineat consideratio cuiuscumque veritatis?
- ¶ Quinto, utrum vita contemplativa hominis in hoc statu possit elevari usque ad Dei visionem?
- ¶ Sexto, de motibus contemplationis, quos Dionysius assignat quarto capite de Divinis nominibus.
- ¶ Septimo, de delectatione contemplationis.
- ¶ Octavo, de duratione contemplationis.

848

ARTIC. I.

Utrum vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu. Dicit enim Philosophus in 2. Metaph. quod finis contemplationis est veritas. Veritas autem pertinet ad intellectum totaliter. Ergo videtur quod vita contemplativa totaliter in intellectu consistat.

¶ 2. Præterea, Gregorius dicit in sexto Moral. quod Rachel, quae interpretatur visum principium, vitam contemplativam significat. Sed visio principij pertinet proprie ad intellectum. Ergo vita contemplativa proprie ad intellectum pertinet.

¶ 3. Præterea, Greg. dicit super Ezech., quod ad vitam contemplativam pertinet ab exteriori actione quies.

inf. ar. 2.
ad 1. q.
a 7. ad 1.
Et 3. d. 35.
q. 1. ar. 2.
Et ver. q.
12. a. 11.
ad 11.
† l. 2. te. 3.
to. 3.
l. 6. c. 28.
cir. med.
et Ho. 14
in Ezech.
a med.
* Ho. 14
cir. med.

ne quiescere. Sed vis affectiua siue appetitiua inclinatur ad exteriores actiones. Ergo videtur quod vita contemplatiua non pertineat aliquo modo ad vim appetitiuam.

† *Ho. 14. in Exec. 6. Moral. c. 28. 1. 2. q. 22 ar. 3.*
SED contra est, quod Greg † ibidem dicit quod contemplatiua vita est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere, & soli desiderio conditoris inhaerere. Sed desiderium & amor ad vim affectiuam siue appetitiuam pertinent, vt supra* habitum est. Ergo etiam vita contemplatiua habet aliquid in vi affectiua siue appetitiua.

9. p. 1. c.
RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est, vita contemplatiua illorum esse dicitur, qui principaliter intendunt contemplationi veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, vt supra habitum est. Intentio est de fine, qui est voluntatis obiectum. Et ideo vita contemplatiua quantum ad ipsam essentiam ad vim appetitiuam pertinet ad intellectum. Quantum autem ad id, quod mouet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatem, quæ mouet omnes alias potentes. Pertinet etiam intellectum, ad suum actum, vt supra dictum est. Mouet autem vis appetitiua ad aliquid inspectum vel sensibiliter, vel intelligibiliter. Quandoque quidem propter amorem rei visæ: quia vt dicitur Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quandoque autem propter amorem ipsius cognitiui, quam quis ex inspectione consequitur. Et propter hoc Gregorius † constituit vitam contemplatiuam in veritate Dei, in quantum scilicet aliquis ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinem conspicendam. Et quia vnusquisque delectatur cum adeptus fuerit quod amat, ideo vita contemplatiua terminatur in delectationem, quæ est in affectu, ex quo etiam appetitur.

ho. 14. in Exec.

Ad primū ergo dicendum, quod ex hoc ipso quod veritas est finis contemplationis, habet rationem veritatis appetibilis & amabilis & delectantis. Et secundum hoc pertinet ad vim appetitiuam.

Ad secundum dicendum, quod ad ipsam visionem primi principij, scilicet Dei, incitat amor ipsius. Unde Greg. dicit super Ezech. quod vita contemplativa, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris animus inardescit. *ho. 14. cir. ca med.*

Ad tertium dicendum, quod vis appetitiva movet non solum membra corporalia ad exteriores actiones exercendas, sed etiam intellectum ad exercendam operationem contemplationis, ut dictum est. *In co. ar.*

ARTIC. II.

Utum virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam?

849

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. Dicit enim Greg. super Ezech. quod contemplativa vita est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere. Sed omnes virtutes morales, de quarum actibus dantur precepta legis, reducuntur ad dilectionem Dei, & proximi: quia plenitudo legis dilectio est, ut dicitur ad Romanos. 13. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. *inf. 9. 18. a. 1. ad 3. ar. 2. co. ar. 4. ad 1. et 9. 182. a. 3. cor. Et opu. 17. c. 7. ad 7. Et 3. con. tra c. 7. ff. Et Phy. 7. lect. 6. co. 5. Ho. 14. in Ezech. Ho. 14. in Ezech. cir. med.*

¶ 2. Præterea, Vita contemplativa præcipue ordinatur ad Dei contemplationem. Dicit enim Gregorius super Ezech. quod calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris animus inardescit. Sed ad hoc nullus potest pervenire nisi per munditiam, quam causat virtus moralis. Dicitur enim Matt. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et ad Hebr. duodecimo, Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. *Ho. 14. d. med.*

¶ 3. Præterea, Gregor. dicit super Ezech. quod contemplativa vita speciosa est in animo: unde significatur per Rachèlem, de qua dicitur Genes. vigesimo, quod erat pulchra facie. Sed pulchritudo animi attenditur secundum virtutes morales, & præcipue secundum temperantiam, ut Ambros. dicit in primo